Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



36

aonc in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sũ resurrectio et uita. Qui
credit in me: etiã si mortuus fuerit uiuet. Et omis qui uiuit et cre
dit in me: nõ morietur in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Etiam dñe. E
go credidi quia tu es xpc filius dei: qui in hunc mundũ uenisti. Et cũ hec
dixisset: abiit et uocauit mariã sororem suã silentio dicens. Magistr
adest: et uocat te. At illa ut audiuit surrexit cito: et uenit ad eũ. Nõ
dũ enim uenerat iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco ubi occurre
rat martha. Iudei igitur qui erant cũ ea in domo et consolabantur eam cum
uidissent mariã quia cito surrexit et exiuit: secuti sunt eam dicentes. Quia
uadit ad monumentũ ut ploret ibi. Maria igitur cũ uidisset ubi erat iesus:
uidens eũ cecidit ad pedes eius: et dixit ei. Dñe: si fuisses hic: frater
meus nõ fuisset mortuus. Iesus ergo ut uidit eã plorantẽ et iudeos
qui uenerant cũ ea plorantes infremuit spiritu: et turbauit semetipsũ et
dixit ei. Ubi posuistis eũ? Dicunt ei. Dñe: uenit et uide. Et lacrima
tus est iesus. Dixerunt igitur iudei. Ecce quomodo amabat eũ. Quidã autẽ dixe
runt ex ipsis. Non poterat hic qui aperuit oculos cecci facere ut et hic nõ
moreretur? Iesus igitur rursum fremens in semetipso: uenit ad monu
mentum. Erat autẽ spelunca: et lapis superpositus erat ei. Ait iesus.
Tollite lapidem. Dicit ei martha. soror eius qui mortuus fuerat. Dñe:
iam fetet: quatriduanus enim est. Dicit ei iesus. Nõne dixi tibi: quoniã si credi
deris uidebis gloriam dei? Tulerunt igitur lapidẽ. Iesus autẽ eleuatis sursum
oculis dixit. Pater gratias ago tibi: quoniã audisti me. Ego autẽ sciebam quia
semper me audis: sed propter populũ qui circũstat dixi: ut credant quia tu me
misisti. Hec cũ dixisset: uoce magna clamauit. Lazare: uenit foras.
Et statim prodiit qui fuerat mortuus ligatis manibus et pedes institis:
et facies eius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Solute eum:
et sinite abire. Multi igitur de iudeis qui uenerant ad mariã et uiderant
que fecit crediderunt in eũ. Sabbato. ysaye. ꝓphe

Hec dicit dñs ds. In tempore placato exaudiui te: et in die salu
tis auxiliatus sũ tui. Et seruauit te et dedit te in fedus populi
mei. ut suscitares terram et possideres hereditates dissipatas: et